

S Y L V E . B.

De subiecto præcognoscimus quid & quia: sed præcognitiones sunt cognitiones, & non credulitates, ergo.
Alexander de Ales dicit subiectum sub ratione absolute Deitatis. Probatur. Ratio formalis subiecti debet esse.

Prima, { Prima quia non debet reduci ad aliam, & omnia reduci in illam.

Vniuersalis & { Vnuerisal quia debet omnia continere.

Causalis. { Causal quia virtualiter causat omnes rationes & veritates.

At Deitas est prima quia suprema: quia omnia ad ipsum reducuntur, quia continet omnia, & virtute sua omnia producit, ergo non ut cognoscibilis.

R. q. falsum est quod sit sub ratione Deitatis: & licet dixerit multa nihilominus non probat. Quia si esset sub ratione Deitatis sequeretur inquit Docto q. eadem esset scientia Beatorum & viatorum. Idem esset habitus creditus & scientificus; patet quia vbi idem obiectum idem habitus & scientia, ergo cum Beati cognoscunt Deum absolute ut Deus, & cognoscimus Deum ut Deus, ergo scientia eadem, sed falsum est, ergo illa non est vera ratio formalis.

S.Bonaventura d. & cum eo Hugo q. subiectum est triplex in Theologia. { Primum vocat principale.
2. Integrale.
3. Vniuersale.

Primum i. principale dicitur esse Deus, quia principaliter concipitur a nobis ut est cognoscibilis in divina scriptura.

Integrale, dicitur Christus quia comprehendit utrque naturam diuinam & humanam creatam & increata.

Vniuersale, dicuntur res & signa: quia ista complectuntur omnia ut Deum Christum, & Sacramentum.

Opinione refellere nolo cum sit tanti viri, tamen dicam q. magis subiectorum partitio assignat quam subiecti rationem formalem de qua est principialis scopus & ratio. Ideo pro conclusione finali dico cum Docto.

nostro subiectum in Theo, esse Deum ut in sacra scriptura cognoscitur a nobis. In sequenti lectione incipiunt

textus expositionem. Habuistis igitur, quid subiectum: quod: quale.

LECTIO QUARTA.

Super Prologo.

VPIENTES aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophylatum dominimi mittere. Magister ut peritissimus. Orator antequam accedat ad narrationem sui labores ponit exordium quod communis sermone Proemium appellatur. ut sciatis nil arbitror ita necessarium in situendis libris: conficiendi orationibus: & explicandi concionibus ut Proemium. Hinc Aristoteles lib. 3. Rethor. Ostendens Proemium necessitatem vocavit orationis initium. Ideo si orationes debent habere medium & finem debent habere principium. At principium est proximum, ergo debent illud habere. Nam d. Aristoteles capite 21. reddendo causam necessitatis principij. Qui audit orationem legentem, & concionationem debet cognoscere rem habitationis. Cognitionis talis non habetur nisi per exordium, ergo ei et necessarium. Ideo 22. cap. eiusdem libri vocat libros, & orationes sine proximo amputatas & sine capite.

Possent multæ adduci peritaciones sed una satis sit pro mille quae est illa vniuersalissima, q. exordium.

Facit auditorem Attentum quia excitat auditorem. Attentum quia proponit res altissimas.

Attentum Docilem quia instruit, & Docilem quia distinguit illas. Et ex distin-

tione oritur facilis apprehensionis, & Benefolum & Benevolum quia promittit illi utilitatem, & laudem.

Benevolum quia totum ex amore procedit.

Seriem huiusmodi ab omnibus fere eruditissimis viris in Philosophia, Mathematica, Medicina, & legibus, & precipue a concionatoribus habetus: Cum igitur Magister intendat vos facere Attentos: Dociles: & Benevolos: præmitit prologum & proximum suum. Et pro attentione.

Proponit Dei Aliissimi, abdita, nempe Dei unitatem contra infideles, Dei Trinitatem contra Hebreos, & Dei incarnationem, & passionem contra Philosophos, ibi. Theologiarum quæstionum abdita aperire pro modulo intelligentie nostræ.

Proponit docilitatem quia singulis distinctionibus singulis titulis, & partitiones ponit.

Proponit benevolentiam quia laborem affumit pro utilitate Ecclesiæ ut veritatem tueatur, & ut studiosis fatus faciat & complaceat. Videamus literam & omnia nobis erunt perspicua.

Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra.

Primum amplectitur summa Attentum quia primum Magister d. in hoc prologo septem propter quæ laborem totius literæ,

2. Difficultates, { Primum est amor veritatis. { 3. Est merces Eterna.

3. Solutions. { 2. Est odium haeretica prauitatis. { 4. Zelus Dei.

5. Petitione fratrum. 6. Accusatio propriæ imbecillitatis, & septimum spes in Dei benignitate.

Veritas perficit intellectum, Merces coronat veritatem, Petitione amat veritatem, & spes de Deo

Hæresis inficit veritatem, Zelus defendit veritatem, Imbecillitas excusat personam veracem, fortitudinem re

tem;

Percurredamus literam. Cupientes igitur aliquid de penuria. Historia est Euangelica clarissima quomodo mulier paupercula duo minuta posuit in Gazophylatum. s. Anima Magistri ponit duplēm scientiam in opus suum, scilicet Deo, & scientiam de creatura.

In Gazophy. Hic nota quid per Gazophylacum venit sumendum. Gazoph. significat Archam.

In templo Solomonis erant tres Arca.

Prima erat sacerdotum. Sacerdotum dicebatur hoc nomine Corbona. Noto. Magister non dicitur.

2. Regum, & Atca Regum vocabatur Musach: & sit in Corbona: nec Musach sed Gazophylacum.

3. Populi. Arca. Atca Populi appellabatur. Gazophylacum. Cur